D. D. HIERONYMI GONZALEZ J. C.

HISPANI ET IN ROMANA CURIA ADVOCATI,

COMMENTATIO

AD REGULAM OCTAVAM CANCELLARIÆ

DE RESERVATIONE MENSIUM ET ALTERNATIVA EPISCOPORUM:

OMNEM PRORSUS RESERVATORIAM MATERIAM,

AC TOTIUS REI BENEFICIARIÆ FLOREM COMPLECTENS.

ACCESSERUNT MIRABILES ANNOTATIONES circà nullitates & attentata in cauſis Beneficialibus; ubi quamplurima de Stylo Curiæ & Hiſpaniæ, ſcitu digna inſeruntur.

EDITIO NOVA,

ULTIMA LUGDUNENSI MULTO LOCUPLETIOR,

CUM BREVI TOTIUS OPERIS

COMPENDIO, ET INDICE COPIOSISSIMO,

RECENTISSIMISQUE

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

DECISIONIBUS

NON ANTEHAC EDITIS NUNC PRIMUM LOCUPLETATA.

*Additiones paſſim inſertæ, hoc Signo * indicantur.*

LUGDUNI,

SUMPTIBUS SOCIETATIS, *& Veneunt*

Apud FRATRES DEVILLE

M. DCCXXXVIII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

BREVE COMPENDIUM
EORUM, QUÆ CONTINENTUR
IN PARTE PRIMA HUIUS OPERIS.

PRÆFATIO folio primo, continet cauſam, qua motus fuit author ad gloſſandam iſtam regulam 8. & operis diviſionem.

§. 1. Prooemialis. A fol. tertio continet, qualiter à CHRISTO omnis poteſtas conferendi beneficia, ſoli Papæ data fuit. Et ab eo ipſo, Epiſcopi & alii inferiores, eam acceperunt, & quando, à num. 1. uſque ad num. 19. Et quod Epiſcopi de jure communi habent fundatam intentionem providendi. Olimque rarò fiebant reſervationes. Et quomodo poſtea creverunt, uſque ad num. 50. Item de reſervatione, & conceſſione menſium. Et qualiter hodie omnes expectativæ, & mentales, ac ſpeciales reſervationes ſunt ſublatæ. Ac Epiſcopi cum menſibus eiſdem conceſſis, debent eſſe contenti, uſque ad numer. 81. ubi alia plura notanda interferuntur. In quibus omnis ſtatus, à primitiva Eccleſia uſque ad hodiernam diem, ad effectum de quo agitur, declaratur.

§. 2. Prooemialis. Eſt à fol. 7. in quo concluditur, quod Papa poteſt in menſibus ordinariis providere. Et qualiter nemo concedit alteri tantam poteſtatem, quòd eandem apud ſe non retineat. Ac quod juriſdictio data, cenſeatur accumulative, & non privative. In propoſitoque multa ſingularia adducuntur, uſque ad num. 36. Et qualiter perſona concedentis, aut loquentis non cenſetur comprehenſa, uſque ad num. 42. Quod Papa eſt Ordinarius Ordinariorum, & Epiſcopus totius Orbis, plenam in beneficialibus poteſtatem habens, uſque ad num. 52. Et de poteſtate Nunciorum in conferendo, & committendo cauſas beneficiales. Ac quando dicatur cauſa beneficialis, uſque ad num. 63.

§. 3. Prooemialis. Eſt à fol. 11. Ubi ad longum agitur, quod inter Papam, & Epiſcopos eſt locus præventioni, in collatione beneficiorum vacantium in menſibus ordinariis. Et plene de materia præventionis, uſque ad num. 22. Diſcutitur quæſtio, quis præcedere debeat, an anterior in proviſione, & poſterior in poſſeſſione, vel econverſo. Et deciſiones Rotales conciliantur, uſque ad num. 41. A quo reaſſumitur materia præventionis, & lucidius, ac uberius quam alibi tractatur materia Capituli, ſi à ſede, de præbendis lib. 6. Ac regulæ de concurrentibus in data. Et de effectu poſſeſſionis, ac horæ, ac nonnullarum clauſularum. Et an effectus ſubrogationis gratioſæ, ſuperet effectum poſſeſſionis. Aliaque in propoſito utiliſſima, uſque ad num. 146. Denique num. 147. firmatur concluſio, quòd collatio facta ab Ordinario, ſine notario & teſtibus ſe ſubſcribentibus, non teneat, nec præventionem operetur in præjudicium proviſi Apoſtolici propter præſumptionem antidatæ. Quæ regula ampliatur ſeptem modis, & quinque limitationes continet, uſque ad num. 172.

§. 4. Prooemialis. Incipit à fol. 23. Ubi ſcribitur, quod Papa in dubio non intendit prævenire in menſibus Ordinariorum, nec inferre illis prejudicium. Et quare fuit facta reſervatio menſium, cum multis ſingularibus doctrinis, uſque ad num. 24. Ac ex num. 25. uſque ad 66. ad longum agitur, Num materia collationis beneficialis ſit modici, aut gravis præjudicii, & rejicitur opinio Joan. de Selva. Ac obiter quamplura non contemnenda inferuntur. Et ex num. 67. reaſſumitur materia cœpta, ac dicitur in quibus caſibus Papa colligatur velle prævenire, cum exemplis. Et quod ſola narrativa in menſe reſervato, reſtringit ad illam, totam gratiam, &c. uſque ad num. 98.

§. 5. Prooemialis. Incipit ex fol. 30. continet quod quamvis regula noſtra ſit lex generalis, tamen reſervatio illius, ceſſat per obitum naturalem, vel civilem Papæ, & effectus inde reſultantes. Et quod plures Pontifices maximi renunciarunt Pontificatui. Ac quare regulæ Cancellariæ non ſunt perpetuæ, & ligent ſtatim ante publicationem, aliaque plura ſcitu digna, uſque ad num. 59. An beneficium vacans ſede Apoſtolica vacante, non proviſum incidat in reſervationem poſt editionem hujus regulæ, uſque ad num. 74. & 75. Ubi de regula Gregorii XIV. comprehendente præteritas vacationes. Item an Ordinarius conferre valeat beneficium quod vacavit ante obitum Papæ in menſe reſervato, quod non fuit ab illo proviſum, uſque ad numer. 94. Rurſus, an teneat proviſio Ordinarii facta de beneficio vacante quando ſedes Apoſtolica vacabat, ante veriſimilem notitiam vacationis. Ac in medium afferuntur plura, circa privilegia, abſolutiones, & gratias, num ſuffragentur ante notitiam illarum, uſque ad numer. 124. Latè agitur de materia capituli, ſi Apoſtolica, de præbendis in 6. & concluditur quòd non ſit deroga-

D. D. HIERONYMI GONZALEZ, J.C. HISPANI, GLOSSEMA PERUTILE AC DILUCIDUM,

Ad Regulam VIII. Cancellariæ de Reſervatione Menſium, & Alternativa pro Epiſcopis reſidentibus loquentem.

PRÆFATIONIS SUMMARIA.

1 *PRaxi, quæ ſunt in quotidiana, judicantur perquam neceſſaria.*
2 *Regula octava Cancellariæ materia eſt frequentiſſima.*
3 *Doctores, qui ſcripſerunt ſuper regulis Cancellariæ recitantur.*
4 *Regulæ octavæ nemo hucuſque gloſſam dedit, & licet quidam modernus promiſit, non complevit. & num. 5.*
6 *Auctor erubeſcit, eo quod primus regulam 8. gloſſat.*
7 *Sapiens occaſione ſapientior erit.*
8 *Liber nullus eſt tam malus, qui non proſit.*
9 *Librorum faciendi nullus eſt finis.*
10 *Laudandus eſt cujuſque ſcriptoris conatus ſicut è converſo reprehendendus, qui poſſit, & nolit poſteris aliquid ſcriptum relinquere.*
11 *Perfectum in rebus humanis nil invenitur.*
12 *Præfatione omiſſa, rem exponere, nefas eſt.*
13 *Præfationes libentius ad lectionem perducunt.*
14 *Ordo operis.*

PRÆFATIO.

1 CUM uſu frequentia, † & in
praxi quotidiana judicentur per-
quam neceſſaria, Jureconſulto
Ulpiano atteſtante l. 1. ff. ad
exhibendum, & in l. certe, 6.
ad finem, ff. de precario. nihil-
2 que non ſolum † in Urbe, ſed
etiam in toto Orbe, in Tribu-
nalibus ſaltem Eccleſiaſticis, tam crebrum, tamq. ne-
ceſſarium contingere ſolet: quam caſus paſſim oc-
currentes circa materiam Regulæ octavæ Cancellariæ,
de reſervatione menſium Apoſtolicorum, & de alter-
nativa Epiſcopis reſidentibus concedenda. Cumque
ſæpe conſideraverim, quod licet ſuper alijs regulis
Cancellariæ plures ſcripſerint auctores, † ac eas com- 3
petentibus ſcholiis dotaverint; ſcilicet Alphonſus So-
to, Gulielmus Caſſadorus, & Ludovicus Gomezius
omnes Hiſpani, nec non Petrus Rebuffus, ac Quin-
tilianus Mandoſius; verumtamen neque ipſi, neque
alius † de hac regula unquam ſcriptum reliquе- 4
runt. Et quamvis modernus additionator ad Simo-
neram in ſuo tract. de reſervationibus, Paulus Gra-
nutius † nuncupatus, in ſcholio ad quæſtionem 45. 5
huic regulæ opportunum Commentarium propediem
non ſine ingenti labore edendum ſpoponderit, effec-
tus tamen dictæ promiſſionis evanuit. Quapropter
ego, † etſi ut minimus omnium, nimis erubeſcens, 6
ac ſummè contremiſcens in re adeò difficili primus
manum imponere, pro utilitate verò communi, & ut
novis in Curia, ac prorſus extraneis, multis hinc
inde ſparſis more apum collectis, aliquatenus iſtius
materiæ viam aperiam, occaſionemque ut alii aptius,
& diffuſius articulos hic tactos pertractent, & reſol-
vant, præbeam: nam, ut legitur proverbiorum cap.
9. & in cap. vides in fine. 25. quæſt. 6. *Da occaſionem*
† ſapienti, & ſapientior erit. Pro meis imbecillibus vi- 7
ribus Gloſſam ornatam præfatæ regulæ collocare propo-
ſui, ea ſaltem nixus ſpe, quod juxta Plinii ſententiam,
nullus eſt liber † tam malus, qui aliqua ex parte non 8
proſit, & quia ut Sapiens † ſcripſit Eccleſiaſtes cap. 9
12. in fine, *faciendi plures libros nullus eſt finis*, lau-
dandusque eſt ſcriptoris cujuſque conatus, † quoniam 10
levius in addiſcendo paſſurus ſit onus, qui collectas
in unum materias lectitabit, ſicut è converſo repre-
hendendus, qui poſſit, & nolit poſteris ſtudioſis
quicquam ſcriptum relinquere, ut Baldus dixit in
proœmio Decretalium in principio, num. 3. Confiſus
denique non in meo tenui ſenſu, ſed in ejus auxilio,
qui cunctarum eſt Auctor ſcientiarum, quique ſapi-
entiam præſtat parvulis, & intellectum, & dat omni-
bus affluenter, rem inſtitutam aggredior, humiliter
deprecans, quod ſi quid erroris fuerit, benignè per
diſcre-

D. D. HIERONYMI GONZALEZ, J. C. HISPANI, GLOSSEMA PERUTILE AC DILUCIDUM,

Ad Regulam VIII. Cancellariæ de Reſervatione Menſium, & Alternativa pro Epiſcopis reſidentibus loquentem.

PARS SECUNDA.

SUMMARIA GLOSSÆ 31.

1 *Reſervatio quid ſit, triplex definitio conſtituitur, & n. 2.3.4.5.6. declarantur verba ultimæ definitionis.*

2 *Reſervatio eſt potentior ac penetrabilior gladio ancipite.*

3 *Reſervatio eſt tam maligna naturæ quod deſtruit quicquid in oppoſitum invenit.*

7 *Reſervatio noſtra regulæ non ſolum inficit, & annullat titulum, ſed etiam poſſeſſionem, & numero 8.*

9 *Reſervatio beneficiorum vacantium in menſibus Martij & Septembris, Epiſcopo gaudente alternativa, inficit poſſeſſionem.*

10 *Reſervatio in continenti probanda idem eſt, ac ſi eſſet probata.*

11 *Opponens de reſervatione ad impediendam reſtitutionem ſpolij, admittitur ad probandum.*

12 *Poſſeſſio dicitur infecta, quando beneficia vacantia in menſibus ordinarij, vigore alternativæ [Epiſcopo non reſidente] providentur ab illo.*

13 *Caſſadori dec. 2. de reſtitut. ſpoliat. intelligitur, & num. 14.*

15 *Alternativa gratia non concedebatur de tempore Caſſadori per legem generalem, ſicut hodie, & ſic decretum irritans illius inficit, & num. 16.*

17 *Reſervatio regula 8. impedit integram purgationem attentatorum.*

18 *Sequeſtranda eſt poſſeſſio attentata de beneficio reſervato & num. 19. niſi probatio reſervationis ſit turbida, & num. 20. & 21.*

22 *Sequeſtrationis ad effectum ſufficit, ſi ſit talis probatio, quæ animum judicis moveat, maxime ſtante conſtitutione Piana. & num. 23.*

24 *Reſervatio regulæ 8. diſcoloret omnem titulum Ordinarij, niſi ad effectum regulæ de triennali, & num. 25. & de annali. num. 26.*

27 *Reſervatio regula 8. facit intruſum proviſum ab Ordinario, ita ut collatio per d. intruſum habita ſit infecta, & nulla, & num. 28.*

29 *Falſitatis origine data, omnis actus ſequens, eſt nullus.*

30 *Fundamentis ſublatis, totum ædificium corruit, & ſuperædificari non poteſt. & num. 31.*

32 *Principio omiſſo, non poteſt fieri tranſitus ad extremum.*

33 *Collatio quartæ portionis ſi ſit nulla, conſequenter erit nullus aſcenſus, vigore illius, ad integram portionem, ſicut & vitium attentati quo ad dimidium, inficit integram, & n. 34. & 44. ubi etiam de mortificata radice.*

35 *Antecedenti ſublato tollitur conſequens.*

36 *Error parvus in principio totam maſſam corrumpit.*

37 *Errores ſi ex fundamento aliqua proveniant, exiſtit ab errore omnia corruunt: & ſublato præſuppoſito, tollitur omne id, quod ex eo ſequitur, & ibidem agitur de præſentatione, vel electione nulla, an cauſet nullitatem inſtitutionis, vel confirmationis.*

38 *Ordinatus metu, non purgat illum, nec validat ordinem ſi exercuit per plures annos, credens ordinem eſſe validum, & poteſt matrimonium contrahere, & num. 39.*

40 *Matrimonium errore contractum, quando non ratificetur.*